

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [20] : De fluminibus inferorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 01 : De Acheronte](#) a pour résumé ce document

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 02 : De Styge](#) a pour résumé ce document

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 03 : De Cocyto](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[20\] : Des rivieres Infernales](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[20\] : Des rivieres Infernales](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination292v°

Du monde

Toponymes [Enfers \(zone géographique/territoire\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiæ

fecerit, si possit; per Pluti inventionem homines ad agriculturæ studium adhortabantur, cum dicerent Plutum esse Ceteris filium, diuitias terræ scilicet; cum opes iustissimæ è terra nascerentur. cæcus fuisse hõgebatur, cum diuitias hominibus nullo delectu impertiret, quia occulta sunt Dei consilia, quæ nemo profus humano ingenio potest vel debet inuestigare, sed sua fortuna esse contentus. At vero ne quid temerè fieri & sine diuina prouidentia putaretur, maluerunt Deum vel cæcum introducere, quã aliquod facinus Deo omnino teste carere.

De fluminibus inferorum.

ENIMVERO vt pateret non in vita solum plurimum conferre integritatem & innocentiam ad beatè tranquillèque viuendum, sed etiam morientibus gratissimum esse viaticum vitæ præclarè transactæ recordationẽ, terrores & pericula mortuis complura esse tradiderunt, & monstra apud inferos parata, quibus mortui pro magnitudine scelerum torquendi traderentur. Deferebant sceleratos Acherontis fluii strepitu; quia conscientia, rerumque turpiter aut crudeliter gestarum memoria sub mortem animi magnopere infestat. Sic igitur significare voluerunt ita vitam nostram oportere componere, vt recordatio præteriti temporis quàm maximè in morte animos nostros ob innocentiam & integritatem consoletur, & nos intrepidus ad vel seuerissimorum iudicum præsentiam perducatur. At qui fuerit sceleratus & improbus, ille querulus lamentationibus & curis plenus flumina quæ sunt apud inferos traicit, quæ suis locis fuerunt commemorata. Sunt enim curæ sub mortis tempus animum infestantes sub harum fabularũ figmentis expressæ ad deterrendum à flagitiis. At vbi mortui ad illa flumina peruenerint, si qua anima illegitime descenderit, neque iusta consecuta sit, ibi errare diu permittitur antequàm traiciatur: quæcũque verò capta fuerit commissorum peccatorum penitentia, omnemque spem in clemẽtia Dei collocarit, hæc à Charonte traicitur. Quibus rebus significare voluerunt nos viros bonos pro viribus esse oportere, cum probitatis comes sit vbique lætitia & fidentia, quòd vbi vires mortalium attingere non possunt, diuina clementia nihilominus nobis non deerit.

De Cerbero Physicè.

VBI ad inferos animæ descenderint, excipiuntur ab horrendo Cerbero cum lætitia, qui postea volentes exire deterret. hoc nihil aliud quàm natura est rerum; quæ gaudet ortu singulorum, cum grauitè ferat interitũ. Per hæc immortalitatem animarum antiqui ostendebant; nam animas semper fuisse putarunt Pythagorici, quæ de cælo in hæc corpora, tanquam ad inferos deducerentur: quibus blandiebatur aduentantibus natura, at contra adituras superos reclamabat. at verò Ethicè.

Cerberus est auaritia & cupiditas diuitiarum, quæ aduentantibus opibus blanditur, sumptibus vero vel necessariis tristatur. capita cõplura sunt Cerberi, cum multa scelera ex vno auaritiæ fonte nascantur: neque vllus esse potest auarus vno tempore & vir bonus, cum inter auaritiã & probitatem magna semper sit contentio.

De